



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 48. Emendantur Monachi Nigri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

Sæcul. XIV. omne dominium, ac speciatim fraudes  
A.C. 1336. Monachorum, per quas sub alienis nomi-  
 nibus possident pecora vel alia bona, quæ  
 foenori dant aut vendunt. Abbates a-  
 dimant illis hoc peculium, & in emolu-  
 mentum cœnobii vertant.

42.

43. 44.

Ultima litterarum pars studia præ-  
 scribit Monachis, ut per doctrinam suam  
 Ecclesiæ utiles fiant. Jubentur habere  
 scholas theologicas Parisiis, Oxonii, To-  
 losæ, ac Cesserone, novasque aperire  
 Bononiæ, ac Salamanticæ. Præfinitur  
 ecclesiasticæ provinciæ, quarum Mo-  
 nachi adeant suam quisque Universita-  
 tem; numerus eorum, quos monaste-  
 rium quodlibet eo mittat; & pensio cu-  
 jusvis Monachi discantis litteras. De  
 Parisina Universitate loquens Papa dicit  
 eam esse præcipuam, & fontem cætera-  
 rum omnium, atque illuc mitti posse Mo-  
 nachos cunctarum nationum. Dabat  
 Ponte Sorgiæ 12 Julii.

## §. XLVIII.

*Emendantur Monachi Nigri.*

*Bull. Const.*  
 5. to. 1. p. 241  
*Bibl. Clun.*  
 p. 1671.

Sequente anno 20 Junii Papa Benedi-  
 ctus Avenione similes edebat litte-  
 ras ad corrigendos Monachos Nigros, ni-  
 mirum Cluniacenses, cunctosque reli-  
 quos Benedictinos. In consilium adhi-  
 buit

buit Petrum Castrolucinum, quem Joannes XXII fecerat Abbatem Cluniaci, Joannem Casæ-Dei, Gilbertum ad S. Victoris Massiliæ, Raymundum Pfallmodii, Guilielmum Montolii, atque Gregorium Ifodori Abbates: hi sex Præsules vocantur Doctores Decreti, scilicet Juris pontificii. Litteræ primum confirmant Concilii Lateranensis sanctionem de comitiis generalibus in quolibet regno tertio quoque anno habendis. Idem intra spatium celebrari volunt comitia provincialia, singulasque provincias præfinit, ponentes pro una Remensem ac Senonensem, pro alia Rothomagensem ac Turonicam, & ita reliquas.

Sæcul. XIV.  
A. C. 1336.

C. In sing. 7.  
extrav. de  
statu monach.

Hæ litteræ excurrunt late in studia ac præcipiunt, ut in quovis coenobio sit Magister, qui disciplinas primigenias, nempe Grammaticam, Logicam, & Philosophiam Monachis tradat, exclusis hominibus profanis; illique his imbuti studiis ad Universitates mittantur Theologiæ, aut Juri Canonico daturi operam. Inter monasteria nominantur sæpe cathedrales Ecclesiæ, quia multas tenebant Monachi, præsertim in Anglia & Germania. Hæ duæ litteræ Apostolicæ indicant, quam remissa fuerit monastici Ordinis disciplina, cum tantam in oblivionem venerit, ut ne verbum quidem

cap. 6.

G g 4

de

Sæcul. XIV. de precatione mentis, ac de manuum labore memorent.  
A.C. 1336.

## §. XLIX.

*Fratres Minores commonentur officii sui.*

Papa Benedictus eodem anno alias dabit litteras, easque fufas, ut etiam  
Rayn. 1336. n. 65. Fratres Minores emendaret. Qua de re consuluit quinque Cardinales, Constantinopolis Patriarcham honorarium, Episcopum Brixianum, Massiliæ ac Montolii Abbates, Geraldum Generalem, & octo Provinciales Ministros Ordinis. Commendat Fratribus illas per litteras assiduitatem primum & modestiam in officio divino, deinde unam eandemque vestitus rationem ex decreto *Quorundam exigit*, anathematis poenam statuens in illos, qui hac in parte morem non gererent Præsidibus. Generatim condemnat Fratricellos, & fautores eorum, & qui opiniones suspectas introducerent, aut propugnarent. Huc potissimum spectare videntur istæ litteræ scriptæ 28 Nov. 1336.

Receptæ ac promulgatæ sunt in comitiis generalibus Cadurci habitis sequente anno, mense Junio, quia id Papa diserte iusserat: postea mittebantur  
Rad. 1336. n. 40.  
1337. n. 3.6. in